



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ludouicus Princeps Lusitan. n. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

lantia Religionem, existimabant. Sic in Imag. I. sec. Soc. lib. 2. cap. 4. fol. 212.

6. A LVDOVICO Ioannis III. Lusitani Regis fratre, ac socijs ad numerari Principē serenissimo, qui de capessendo communi cum socijs virtute generere, serio cum Borgia, constanterque deliberauit: perfecturus haud sitani Redubie, nisi Ignatius primo, ratus futurum magis è Dei gloria, si talis vir è fratrī Regis latere non discederet; tum etiam præpropera mors votis sanctissimis tanti Principis interuenisset. Quod non parum facit ad commendationem Societatis alte impressam animis, & affectibus Lusitanorum Principum. Ita Ibidem lib. 5. cap. 9. fol. 657.

7. A SIGISMUNDO Principe Transylvaniae qui indolem præferebat, quam fangi votis posset egregiam, ac religionis veræ studium supra etatem. Leleſius noster ad eius institutionem videbatur factus diuinitus: adeo & amabatur, & celebatur à puero: sub eius Magisterio, audebat ille (quod necesse erat inter omnia heretica) murum se opponere pro domo Dei. Ita Par. 5. Hist. Soc. 10. 1. lib. 4. num. 66. Porro Sigismundus cum etatis accessu ad omnem proficiebat virtutem, qui suum studium erga Societatem, & Catholicam fidem egregijs literis, per quas de supplemento Sociorum missio Patri Generali gratias agit, ostendit: ostenditque magis cum Societas in Transylvania à tanto Principe, & Senatu defenditur contra tumultuantem plebem. Ita Ibidem lib. 7. num. 44. & 46. Et cum Hæretici conantur Hæreticum Hominem Principi Magistrum obtrudere: illius constanza in eo recusando fuit maxima: totumque certamen suo mox Magistro Leleſio per epistolam declarauit, hac apposita clausula. Iam facile poteris coniicere, qui simus futuri in religione Catholica defendenda, & propaganda, cum tam fortiter, & constanter (liceat nobis aliquid, mi Patet, de nobis predicate) restiterimus eorum conatibus. Optime vale. Albae Iuliæ 12. Iulij, Sic Ibid. lib. 8. n. 45.

AB EODEM: Cum Engedini Provinciali haberetur Conventus; multis diebus à Calvintanis, & Ariani acriter declamatum, ut tandem religionis causa tractaretur, & Societas, ut Idololatriæ Semina-

Sub eorum  
disciplinæ  
Sigism.

Rakoci  
Transylua-  
nia Prin-  
ceps odu-  
catus.

Eius erga  
Societatem  
studium:  
quam de-  
fendit con-  
tra tumultu-  
antem  
plebem.

Constantia  
Principis  
Societatis  
Magistro  
retinendo.

Et in hoc  
Transylua-  
nie conser-  
vando.